

**Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**Lüderi Menckenii, IC. Facult. Iurid. Lipsiensis Ordinarii  
Tractatio Synoptica Institutionvm Iuris Iustinianearvm  
Theoretico-Practica**

**Mencke, Lüder**

**Lipsiae, MDCCXXXV**

**VD18 11839880**

**Tit. XXIII. De Obligationibus ex Consensu.**

**urn:nbn:de:gbv:45:1-18253**

## TIT. XXIII.

*De Obligationibus ex Consensu.*

*Hic totus* **C**onsensu fiunt obligationes in emptionibus venditionibus, locationibus conductionibus, societate abit. & tibus, mandatis. Ideo autem istis modis obligatio dicitur consensu contrahi: quia neque scriptura, neque praesentia omnimodo opus est: ac nec dari quicquam necesse est, ut substantiam capiat obligatio; sed sufficit, eos, qui negotia gerunt, consentire, unde inter absentes quoque talia negotia contrahuntur, veluti per epistolam, vel per nuncium. Item in his contractibus alter alteri obligatur in id, quod alterum alteri ex bono & aequo praeferre oportet: cum alioquin in verborum obligationibus aliis stipuletur, aliis promittat.

## I.

**C**ontractus consensualis (1) est, qui solo nudo que consensu perficitur, unde neque scriptura neque verbis, neque datione opus est, ut substantiam capiat obligatio. §. UN. J. b. (2) inter absentes quoque celebratur veluti per nuncium, epistolam d. §. un. atque tum ibi esse creditur locus contractus, ubi Consensus mutuus conjungitur. a.l. 21 ff. d.O. & A. uti pron. F. J. L. M. Jan. 719. (3) obligat utramque contrahentium partem, & est bona fidei. d. §. UN. j. §. 28. J. d. act.

## TIT. XXIV.

*De Emptione & Venditione.*

*De Emptione pura. De pretii conventione, arrbis, & scriptura.*

**E**mptio & venditio contrahitur, simul atque de pretio convenerit, quamvis nondum pretium numer-